



Dissertatio Inauguralis De Fine Oeconomiae Christi ex I. Cor. XV. 24. delineato

Tubingæ: Literis Johannis Græzii, A. C. MDCCV

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870175602>

Druck Freier  Zugang





54.

Fa - 1092 (54.)

1. Tractatus Theolog. de Cræstinae D. Holzfur.
2. De Jure Sabbathi. Stryck.
3. De Herba Borith. Jerem. v.
- 4.


2.

37.

38.

6.

16.




2.

37.

3.

6.

16.





PROOEMIUM.

Universum salutis nostræ negotium haud abs re nuncupat Paulus *οικονομίαν* & *πληρωματῶ τῶν καιρῶν*, Eph. I. 10, neutiquam tamen ob personarum in eâdem familiâ imperantium atque parentium inæqualitatem, cujuscmodi S. Trinitatis œconomiam impiè Valentinus Gentilis eumque sectati Paracelsistæ & Weigeliani post veteres Monarchicos commenti sunt, sed ob temporis potiùs opportunitatem, quòd nihil ibi casu fit, sed *ευκαιρως* singula, & tempori sibi invicem succedunt. Etenim in plenitudine temporis Messias venit Gal. IV. 4. Unde ad quæstionem: *Quare non ante venit Christus?* respondet Augustinus: *Quia nondum venerat plenitudo temporis, moderante illo, per quem facta sunt tempora; sciebat enim, quando venire deberet.* Exposit. in Joh. Tract. XXXI. Opp. T. IX. f. m. 252. *καιροῖς* itidem *ιδίοις* passus est Christus, exaltatus, perque œconomus promulgatus 1. Tim. II. 6. Tit. I. 2. 3. *Πρόκειται αὐτῷ τελείωσιν τῆς οἰκονομίας μετὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς ἕρανός ἀνάληψιν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς κηρύσσειν αὐτῷ Ἰησοῦν τὸν Χριστόν;* inquit Basilus M. epist. CXLI. f. 927. & Theodoretus *θεολογικῶν* serm. X. T. IV. f. 641. *Ἐνανθρωπήσας καὶ τὴν οἰκονομίαν τελείους εἰς ἀπαύσαν τῆς οἰκουμένης τῆς Ἀποστόλους ἐξέπεμψε.* Tempore demùm elapso omni Apocal. X. 6.

Oeconomia hæc planè consummabitur, ut sequenti prædictum Oraculo, quo de α. Θ.

1. Cor. XV. 24.

Εἴτε πὲρ τῆς Θ., ὅταν τοῦ Θεοῦ τῶν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ,
ὅταν καὶ παρῆσθαι πᾶσαι ἀρχὴν καὶ πᾶσαι ἐξουσίαν καὶ δυνάμιν.

Versio E. Schmidii.

Deinde erit finis, quando tradiderit Christus Regnum Deo & Patri; quando aboleverit omne imperium & omnem potestatem ac virtutem.

Versio S. Schmidii.

Dein finis, quando tradet Regnum Deo & Patri; postquam abrogaverit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem.

Versio Lutheri.

Darnach das Ende / wann Er das Reich Gott und dem Vatter überantworten wird / wann er aufheben wird alle Herrschafft und alle Obrigkeit und Gewalt.

Hic oraculo, quod inter *διδόχῃ* Pauli ipse Petrus de Novissimis agens 2. Epist. III. 16. posuisse videtur, justâ singularum vocum interpretatione, fœnerari lucem juvabit; sit itaque primum.

Exegetis.

(Εἴτα)

Hæc particula est ordinis index atque fibulâ, quâ priorum resurrectioni subnectitur finis, uti perpetua proxime conexo.

9.
4
norum nota est passim, nec vastas ullibi intercapedines admittit. Vid. Marc. IV. 17. VIII. 25. Joh. XIII. 5. XIX. 27. XX. 27. I. Cor. XII. 28. XV. 5. I. Tim. II. 13. III. 10. Jac. I. 15.

(τὸ τέλος)

Finis sc. omnium I. Pet. IV. 7. Finis aliàs est duplex, vel desitionis Phil. III. 19. vel completionis sive perfectionis I. Pet. I. 9. Uterque h. l. prædicatur, finis tùm desitionis sc. œconomix mediatorix, laboris Apoc. XIV. 13. temporis Apoc. X. 6. cœli ac terræ Psalm. CII. 27. Antichristi 2. Thess. II. 8. mortis Apoc. XXI. 4. omniumque hostium spiritualium, quos aboleri per depositionem ad scabellum pedum Christi oportebit, tùm perfectionis I. Cor. XIII. 10. Deus enim omnia in omnibus erit ψ. XXVIII.

(ὅτις ἐδεῖ)

Christus regnum non vindicabit sibi soli, ut Nebucadnezar Dan. IV. 26. nec cedit: ἰσχυρῶς; Exrex enim non fiet: Mich. IV. 7. nec tantum Deo acceptum feret, ut Estius: s. h. l. vult: s. m. 331. b. nec in Patrem transferet, quasi post Patrem per sceptrum verbi medius inter hostes regnaturus esset; erit enim Pater omnia in omnibus immediatè ψ. XXVIII; sed tradet tantum: ἀνομιαν: s. cum cessatione dispensationis organicæ, i. e. administrabit regnum non amplius mediatè per verbum & sacramenta, nedum medius inter hostes. Eiusus hoc explanat Dorschæus, cujus verba, quod accurata sunt, adjicere operæ pretium erit: Illa traditio, inquit, non est actus depositionis: sed propositionis: non deponet regnum, quod usq; ad consummationem sæculi gratiosè & gloriosè gubernavit Christus, in istâ consummatione, sed proponet Deo Patri ad illustrationem quasi & gloriam. Sicut belli Dux, destructis omnibus hostibus, Regi, qui per ipsum hucusque bellum gesserat, victoriosum & triumphandum exercitum, servatos cives, populos liberos, præsentat & exhibet, ut iudicet, & iudicio suo comprobet præclarè & ad Regis gloriam gesta: non autem deponit potestatem, quam in exercitum habuit: ita multo magis Christus, tanquam Filius, consummato sæculo & submotis hostibus

Al 3

universis; sistet exercitum suum Ecclesiasticum coram Deo Patre im-
 maculatum Eph. V. 27. qui revera est regnum ejus per gratiam par-
 tum, ad gloriam obviam sibi raptum 1. Thess. IV. 17. sistet illum I^{us}
 Siquali, tribunali suo Rom, XIV. 10. dicetque: hi sunt, qui à mu-
 lieribus non sunt contaminari, qui sunt virgines, qui me agnum se-
 quuti sunt, quocunque eram progressus, qui emti sunt ex homini-
 bus, qui sunt primitia Tibi, Deus Pater, & mihi Agno Apoc. XIV.
 4. Est enim omninò in sacris $\omega\delta\gamma\delta\delta\epsilon\omega\varsigma$ non semel actus $\omega\pi\tau\eta\sigma\iota\varsigma$ &
 ad $\chi\rho\iota\sigma\tau\iota\upsilon$ atque $\phi\alpha\rho\iota\sigma\mu\omega\tau\iota\upsilon$, non rarò in malam, attamen & in bonam
 partem. In malam Matth. X. 17. 19. 21. XVII. 22. XVIII. 34. Marc.
 I. 14. & alibi sæpissimè. In bonam partem Marc. IV. 29. 1. Pet. II.
 23. Sic Oeconomus instituens $\omega\delta\gamma\delta\delta\epsilon\omega\varsigma$ & parastasin totius rei fami-
 liaris coram Domino, eamque exquisitissimis rationibus propositis
 illasam, imò amplificatam & illustratam, sistens iudicio Domini,
 non illicò isto $\omega\delta\gamma\delta\delta\epsilon\omega\varsigma$ actu deponit administrationem. Conf.
 Matth. XXV. 20. & seqq. Proinde non est ista traditio argumentum
 inferioris potestatis in superioris manus resignanda: quia est traditio
 Christi ut Domini, traditio ad summam gloriam, traditio cum ple-
 nariâ subiectione omnium inimicorum conjuncta, traditio, quâ il-
 lud regnum, quod ex mortalibus collegit & inter mortales hucus-
 que exercuit, ubi plurima non rarò reluctatio Gal. 5. Rom. 7. plenif-
 simè reformabit, restaurabit, glorificabit, angelicisque cohortibus
 sociabit, ut plenissimè impleatur, quod in hac vitâ inchoatum est
 Col. 1. 20. 21. 22. Eph. 1. 20. 21. 22. Sicut igitur in unitatem tam ac-
 curatam purissimamque hoc regno, è mortalibus sanguine acquisito,
 cum Angelis deducto, non tradet regnum in Angelos Deo Patri, il-
 lud finiendo, licet Angelis ad certamina Ecclesia & excubias profan-
 ctis contra Satanam non sit ampliùs usus; ita nec regnum in homines
 beatos tradet Deo Patri deponendo: alias sequeretur, Christum in
 regno gloria regnaturum in Angelos, non autem in sanctos. Atqui,
 ubi ad $\alpha\phi\delta\alpha\pi\tau\iota\alpha\upsilon$, $\alpha\delta\alpha\tau\alpha\tau\iota\alpha\upsilon$, $\delta\upsilon\alpha\mu\omega\upsilon$ Christus sanctos suos deducet
 perfectissimè & conformes faciet corpori suo glorioso Phil. III. 21. 1. Cor.
 XV. 24. ibi regnum utrinque est futurum perfectius. Conf. Disp. 4.
 de Sess. ad dextr. 8. 14. Itaque ista traditio regni pertinet ad Christi of-
 ficium regium, quod in omnem sempiternitatem perman surum est.
 1. Thess.

1. Theff. IV. 14. 17. 1. Joh. III. 2. Joh. XVII. 24. Apoc. XIX. 7. 9. XXI. 24. XXII. 3. 4. 14. 17. &c. Theol. Zachar. Part. II. Disp. VII. §. 7. p. m. 256. 257.

(τῷ βασιλείῳ)

Regnum puta Gratiae, sive metonymicè ac materialiter pios ex mortuis resuscitatos ψ. XXIII. Hos enim Christus Patri Θεῷ Eph. V. 27. dicens: Ecce ego & pueri, quos dedisti mihi, Eb. II. 13. Confer. Matth. XXV. 33. Joh. XVII. 22. 24. Traditio ἀπονομῆ terminabit modum regni Gratiae, non substantians regni, & triumphatoria hostium subactorum, ad eum modum, quo Titus Patri Vespasiano tradidit captivos Iudeos: & representativa civium liberatorum. Verba sunt Dannhaweri in Hodosoph. Phénom. VIII, p. m. 780. 781.

(τῷ)

Articulus hicce unicus, semelque tantum positus nec pro gemino substantivo Θεῷ καὶ Πατρί repetitus innuit unum tantum idemque subjectum esse Deum & Patrem. Nec tamen ab identitate ad reciprocationem V. C. Rom. XV. 6. 2. Cor. I. 3. Eph. I. 3. 1. Petr. I. 3.

(Θεῷ καὶ Πατρί)

Conjunctio καὶ videtur s. h. l. Pareo p. m. 1015. distinctiva & quidem naturarum, quod Christus regnum traditurus sit Deo, quâ homo, quâ Deus Filius verò Patri, uti & Joh. XX. 17. dixerit: Ascendo ad Patrem meum & Deum meum. Certius tamen est ἐξυμνησθῆ, uti & Act. XXVI. 20. 2. Cor. I. 3. XI. 31. Gal. I. 4. Eph. I. 3. IV. 6. V. 20. Phil. IV. 20. 1. Theff. I. 3. III. 11. 13. 2. Theff. II. 16. 1. Pet. I. 3. Jac. I. 27. III. 9. quâ ita exponitur, cuinam Filius regnum traditurus sit, Deo sc. etiam Patri; vox Πατρί enim tam personaliter quàm essentialiter accipitur. vid. Fesfel. Advers. Sacr. Lib. IV. p. 352.

(ὅταν καταργήσῃ)

Filius sc. iste ἀγρότερος Luc. XI. 22. pridemque ἀπιδουμένον Col. II. 15. in consummatione seculi Diabolorum potentiam

entiam plenè proculcabit. Vox enim καταργεω non semper abolitionem substantiæ, multò minùs ejus annihilationem, sed sapiùs solam statùs, usùs, efficaciam ac operationis cessationem vel simile quid importat. Vid. 1. Cor. VI. 13. XIII. 8. 10. Eph. II. 15. Quid enim? Num terra Luc. XIII. 7. Fidelitas Dei Rom. III. 3. Lex v. 31. promissio divina IV. 14. Gal. III. 17. Galatæ V. 4. quoad essentiam annihilari dicuntur? Sic & hoc loco καταργεω exponitur per *deijcere ad scabellum pedum*. v. XXV.

(πᾶσαι ἀρχὴν καὶ πᾶσαι ἐξουσίαι καὶ δυνάμεις.)

Hæc vocabula formaliter quidem synonyma non sunt, cum ἀρχὴ primas, ἐξουσία jus & potestatem, vim verò & potentiam δυνάμεις importent, in iisdem tamen subjectis sapiùs conveniunt, uti h. l. in Diabolis. Ratio quidem in sequenti v. 25. generalis est, agitque de hostibus in genere omnibus ad Christi pedes deijciendis, hoc tamen loco sedequæ Resurrectionis propriâ ad illos præcipuè applicatur, quibus κατὰ τὸ ἐστὶν ἔδωκεν Eb. II. 14. Diabolo puta, qui nominibus hisce abstractis veniunt & Rom. VIII. 38. Eph. VI. 12. 1. Pet. III. 22.

Ex hisce singulis Textùs Exegesis ita pango: Deinde post resurrectionem piorum erit *finis* omnium maximè œconomia Gratiæ. Neque Christus suos ex mortuis resuscitados amplius mediatè per verbum & sacramenta pascet, nec per Ministerium docebit, nec per Magistratùs gladium defender, sed à morte omnibusque hostibus vindicatos *tradet* & gloriose sistet Deo & Patri, ipsorum verò Diabolorum *vim ac potentiam* prorsus *supprimet*, illos pedum suorum scabello planè & plenè subjiciendo. Parùm abludit & Lutheri Paraphrasis: **Er wird den Glauben und das verborgene Wesen beiseit thun / und die seine darstellen für Gott dem Vater / und uns offenbarlich sehen in das Reich / das Er angerichtet hat / und jetzt täglich treibet / daß wir Ihn sehen werden ohne Deckel und Dunkel Wort aufs allerklärst. Und wird dann heißen nicht ein Reich des Glaubens / sondern der Klarheit und offenslichen Wesens.** Tom. VI. Jenens. f. m. 236. b.

Analysis.

Analyfis.

HAc ultimâ Mundi atate, quâ Gamalielismus, Gallionismus; Fanaticismus &c. superbum erigunt caput, Logicæ ejusmodi monstris exitiosæ multi nihilominus iniqui sunt, pristinamque præoptant barbariem, quæ addiderat litaniis: *A Logicâ Augustini libera nos Domine! Verum, ut sine grammaticâ nemo rectè, sine Rhetoricâ nemo eleganter, ita, Scheckio nostro judice, sine philosophiâ nemo verè & consentaneè de rebus difficilibus & perplexis loqui ac judicare potest.* Proinde Logicæ quoque adminiculo in Textus tam difficilis adyta penetrare annitemur, vim rationum ibidem latentium profundius eruturi. Quemadmodum verò principalis totius Capituli XV. scopus est, Resurrectionem Piorum, Corinthiis persuadere, ita eandem & hoc, quod tractamus, oraculum à consequentibus non tam describit, ut contra Crellium curatè observat Coccejus super h. l. f. m. 731. b. quàm per regressum quasi demonstrativum postliminiò confirmat

1. *Dei dispositione*, juxta quàm *tum finis*. Potuissent Corinthii querere: Quid pios in vitæ hujus conditionem resuscitari juvabit, ubi ipsos pristini hostes, Diaboli morsque ipsa denuò manebunt? Respondet Apostolus: Dabit Deus his quoque finem; Ex quo ita argumentamur:

Quibuscung, Deus finem prospexit omnium hostium & precipuè ultimi, nempe mortis, eos ex mortis faucibus tandem resurgere oportebit. Atqui piis Deus hunc finem prospexit. E. pios ex mortis faucibus tandem resurgere oportebit. v. Joh. VI. 39. 40.

2. *Regni traditione*. Ne Corinthii, queis Poetarum Mythologia in recenti adhuc memoriâ erat, altâque mente reposita, ab exaltatione Filii v. XX. laudatâ idem metuerent & Patri, quod evenisse Saturno canit Virgilius Æneid. lib. VIII. v. 319. 320.

*Primus ab athereo veniens Saturnus olympo,
Arma Jovis fugiens & regnis exul ademptis;*

B

occurrit

occurrit suspicioni Apostolus inquiring: *Tradet regnum Deo & Patri.* Ex hac traditione tale capimus argumentum:

Quoscunq; Filius à morte adversisq; omnibus vindicatos Deo gloriose sistet, ut Deus vivus sit omnia in omnibus, ipsos prius revixisse exq; morte surrexisset oportebit. Atq; pios Filius sistet ita. E. pios prius revixisse ac surrexisset oportebit.

3. *Omnis potestatis virtutisq; abolitione.* Ex hac tale nascitur argumentum:

Si Christus diabolos, qui mortis regit & habent, abolebit, ipsam quoq; mortem ceu ultimum hostem destrui, ex eaq; illos, qui sunt Christi, resuscitari oportebit. A. prius est manifestum ex dicto nostro. E. stat quoq; posterius.

Consequentiæ itidem adamantinæ sunt; sublata causâ enim (diabolo) tolli & effectum (mortem) & Justinianus animadvertit, ita f. h. l. in Coñent. f. 659. scribens: *in extrema mortuorum anastasi, cum mortale hoc induerit immortalitatem, tunc evacuatis causis mortis per divinam victoriam perinde erit mors, ac se penitus absorpta nusquam appareat; tunc victrix immortalitas mortem quodammodo vorabit, atq; ita Isaia vaticinium omni ex parte exitum sortiatur.* Quin & ex eodem hoc vaticinio Jel. XXV. 8. nec non Hof. XIII. 14. ipse Apostolus sequenti quoque versu LIV. à mortis abolitione porro ad piorum resurrectionem argumentatur. Quam quoq; consequentiam Interpretes passim prosequuntur. *In Resurrectione mortuorum,* scribit Balduinus f. h. l. p. 340: *mortis tyrannis in solidum desaviet & omnis corruptio ac mortalitas è corporibus penitus aufertur &c.* Pariter Marloratus super h. l. f. 153. *Quando mors prorsus erit edomita, tunc erit insignis victoria, qua non solum nostra vita & nostra corpora restituentur, sed omnia*
hac

hac meliora, quam prius fuerant, recipiemus. Denique & Heidegger f. h. l. ita inquit: *In resurrectione ultimus ille hostis abolebitur.* Conf. Thilo Medull. p. 876.

Confectaria.

I.

Interregnum Chiliaisticum est ἀντιγεγονός. Quicquid enim planè dirimit, quæ h. l. S. Scriptura connectit, illud est ἀντιγεγονός. Atqui interregnum Chiliaisticum planè dirimit, quæ S. Scriptura connectit, resurrectionem piorum sc. atque finem. *E. interregnum Chiliaisticum est ἀντιγεγονός.* Nec ullam Paulus regni intercalaris mentionem facit, nec εἰς τὴν intermedium millennium prodit. Hæc enim vocula ordinem tantum notat, nullum verò intervallum nedum X. seculorum probat, quantum resurrectionem primam v. XIII. inter atq; panoethriam v. XXIV. Chiliaistæ fingunt. Quin aureum seculum id si resurrectio antecedit piorum, his per aspera ad astra ire minus contingeret, contra Act. XIV. 22. Rom. VIII. 17. Apoc. XXI. 4. Nec Chiliaistarum Achilles, locus sc. ille obscurus Apoc. XX. 4. quid evincit, sed arma potius ipsis opponenda suppeditat, cujusmodi sunt, (1) quòd regnandi dignitas non martyribus redivivis, sed eorum tantum animabus tribuitur, quod pro regno corporali nil facit. (2) quòd regnare M. annos quidem leguntur v. IV. & VI. neutribus autem: *visibiliter in terris*, additum. (3) quòd anni illi mille, quibus regnâsse animæ decollatorum dicuntur, in mille illos annos, quibus Satanus ligatus legitur, ne gentes seduceret, incidunt; cum tamen in aureo seculo nullæ amplius gentes seducendæ supersint, & pridem anni mille ligati Satanæ, ne gentes seducat, impleti sint. (4) quod denique post mille annos solvendus Satanus dicitur, ut prodeat iterum ad seducendas gentes & congregandum Gogum & Magogum ad prælium; quod quomodo futurum sit tum, cum gentes seducendæ nullæ sint

B 2

super-

superfuturæ, concipi non potest. *Plura dabunt hic super locum nostrum Gerhard. de Chiliaf. p. 200. 211. J. A. Ofsand. in Coll. in A. C. p. 517. G. Th. Mejer Discufs. Chiliaf. p. 104. 105. & Croc. in Anti Weigel. P. II. p. 337.*

II.

Oeconomiam Gratia immediata terminabit Theocratia. Hoc ex traditione regni ita elicio: *Si Filius regnum tradet tantum ἀνενομήτως sive cum administrationis tantum mediata abdicacione, non ἐνομήτως, Deo & Patri, tunc omnia futuro immediatè in omnibus, œconomiam Gratia immediata excipiet Thearchia.* *A. Prius est manifestum ex hætenus dictis, E. & posterius.* Thearchiam in regno Naturæ Dannhawer Theol. Consc. P. II. p. 123, nec non Theocratiam civilem in Israele Cünæus d. Rep. Hebr. Lib. I. c. 1. p. m. 11. Spencer d. leg. Hebr. lib. I. p. m. 174. Wits. Orat. pec. Miscell. II. p. 920. seqq. & Heidegger Corp. Theol. T. I. f. 701. collaudent, longè tamen angustior erit immediata illa post piorum resurrectionem seculiq; consummationem Θεοκρατία. Rex Regum enim Bonitatis suæ inexhaustæ divitiis haud amplius dispensabit mediatè, nec cibo 1. Cor. VI. 13. nec ullius creaturæ crepundiis Rom. VIII. 20. seq. nec statu conjugali Matth. XXII. 30, nec brachio seculari Dan. II. 44. nec Ministerio Verbi fideve Jes. LIV. 13. Jer. XXXI. 34. 1. Cor. XIII. 8--12, nos amplius demerebitur, sed omnia immediatè in omnibus erit, gloriosus in sanctis, inq; omnibus credentibus admirandus, 2. Tess. I. 10, Ap. XIX. 6. XXI. 22, 23. *Vid. Calov. System. T. XII. p. 4.*

III.

Ἀποκατάστασις Diabolorum frustra expectatur. Restitutionem Diabolorum eque lacu infernali liberationem non tantum Origenes credidit Homil. VIII. in Joh. & libr. I. περὶ ἀρχαῶν c. 6. quem præter rem excusant multi apud Mörslinum & Sixtum Senensem Biblioth. libr. V. ut & Arnoldum in H. H. T. I. f. 99. sed hodie quoque Anabaptistæ ob id Artic. XVII. A, C. notati, alii-
que

que multi operose defendunt, contra quos ita argumentamur: *Quorumcumq; potius κατήρησις finem omnium subsequetur, illorum ἀποκατάστασις frustra expectatur. Atq; Diabolorum κατήρησις finem omnium sequetur, E. Diabolorum ἀποκατάστασις frustra expectatur.* Promittitur quidem Act. III. 21. *Ἀποκατάστασις πάντων*, sed eorum tantum, *qua locutus est Deus*. Nullibi verò restitutionem Diabolorum is est pollicitus, sed illis pœnas potius æternas comminatus. Nam uti vita justis promissa erit æterna, sic æternum quoque erit supplicium, paratum Diaboli, Vid. Matth. XXV. 41. 46. Jud. 8. Apoc. XX. 10. Job. IX. 13. vid. S. Schmidt in l. c. p. 382. & in Act. III. 21. Ch. G. Koch.

Vindiciæ.

I.

PRzipcovius ex nostro hoc oraculo Regno Christi ominatur *finem*, unde pridem & Arius Christum esse æternum Deum negasse legitur, quia regni ejus aliquando finis futurus sit. Verum enim verò post resurrectionem mortuorum finis erit tantum œconomia, *Regni verò ipsius non erit finis*. Luc. I. 33. Nec prædictiones regni sempiterni 2. Sam. VII. 16. Jes. IX. 6. Dan. VII. 14. in Christo implentur tantum mysticè, ut vult Turretinus Theol. Elencht. P. II. p. 533. nec tantum illustriori modo, ut videtur Episcopo in Respons. ad Quæst. XXXIV. f. m. 33, sed propriè ac literaliter. Vid. Calov. Bibl. Illustr. T. I. f. 763. II. f. 68. 619.

II.

Pariter *traditione regni* abutitur Slichtingius, cujus verba super h. l. f. m. 80. hæc sunt: *Docet nos hic locus 1. Christum Deum illum unum non esse; An enim regnum traderet alii? 2. Deum illum unum solum Patrem esse, quandoquidem vox Patris ad declarationem ejus adjicitur. 3. Christum habere regnum*

regnum ex Dei gratiâ, idè enim illud Deo tradit, quia id à Deo accepit, ut ad autorem suum redeat. At non omnis traditio statim est amissio. Tradidit ꝑ. III. hujus capituli Paulus Corinthiis Christologiam, quam tamen tradendo non perdidit. Nec arbitremur, Christum traditurum regnum Deo & Patri, ut adimat sibi, scribit Augustinus; Nam & hoc quidam vaniloqui crediderunt. Cùm enim dicitur: Tradiderit regnum Deo & Patri, non separatur ipse, quia simul cum Patre unus Deus est. Quid ergo est, cùm tradiderit regnum Deo & Patri, quasi modo non habeat regnum Deus & Pater? Sed quia omnes justos, in quibus nunc regnat ex fide viventibus Mediator Dei & hominum homo Christus Jesus perduxit ad speciem, quam visionem dicit idem Apostolus à facie ad faciem. Ita dictum est: Cum tradiderit regnum Deo & Patri; ac si diceretur: Cum perduxerit credentes ad contemplationem Dei & Patris. libr. I. d. Trinit. c. 8. T. III. f. m. 247. Idem inculcat & Hilarius Lib. XI. d. Trin. sequentibus: Ante omnia quarendum est, an traditio apud Paulum significet amissionem. Quia Apostolus dicit: Deinde finis erit, cum tradiderit regnum Deo & Patri. Ibi traditio non est amissio, quod ex ipsius Christi verbis probatur, ait enim: Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, & data est mihi omnis potestas &c. Ergò si dedisse caruisse est, Pater quoque his caruit, quæ dedit. Sed Pater tradendo non caruit. Igitur nec Filius intelligi potest cariturus his, quæ Patri tradet.

III.

Crellius s. h. l. f. m. 335. ex verbo καταργησας Diabolorum annihilationem extorquere sequentibus allaborat: Modum, quo pacto illi Christi hostes sint abolendi, satis indicavit Christus Matth. XXV. 41, ubi asserit se aliquando dicturum impiis: Abscedite à me maledicti in ignem aeternum, paratum Diabolo

9.

4

1

4

5

5

5

5

*Diabolo & Angelis ejus, & inferius, eodem loco v. 46. eventum rei exprimens addit: eos abituros in pœnam seu cruciatum æternum, quod etiam de Diabolo & Angelis ejus, qui ad eandem pœnam sunt damnati, statuendum est. Igni ergo æterno ibi Christi hostes, Diaboli & Angeli ipsius cruciabuntur, & ita delebuntur destruenturq̄. Quod verò καταργεῖν non significet annihilare, sed per abicere ad pedes explicetur, jam in Exegeti ostensum. Deinde allegatus Matthæi locus pro nobis est, quia nec cruciatus æterni in annihilatione consistere possunt, nec ignis inferni æternus consumit, sed tantum salit, Marc. IX. 49. quin frustra foret æternus, annihilatis damnatis, sic enim, quos ureret, non superessent. Hinc Crellio oppono verbum, quod veritas expressit Wolzogenio T. I. f. 481. ubi ignem inextinguibilem vocat *sempiternum impiorum supplicium*. v. Cloppenburg. in Refut. Compend. Socin. C. VIII. §. V. p. m. 409. & Anti Smalz. p. 386.*

Elenchi Morales.

I.

SI deinde finis, quàm cæcutiunt, qui in vitâ tam caducâ æternas tamen delicias Ps. X. 6. ædes Ps. II. 12. ac divitias sibi promittunt, sunt οἱ τὸ ἐπιγὰφά φρονεῖντες, ὧν τὸ τέλος ἀπώλεια Phil. III. 19. Rom. VI. 21. 1. Pet. IV. 17.

II. Si Christus *regnum tradet Patri*, quò rejiciet rebelles Ps. II. 2. 3. 9. Luc. XIX. 27. maleficos Tit. I. 16. immundos? Eph. V. 5? Certè Patri non tradet sed potiùs liçtori Luc. XII. 58. uti Patrem ipforum tradidit in judicium 2. Pet. II. 4. tandem planè ejiciet foras Matth. VII. 23. XXV. 41. à facie Patris 2. Theff. I. 9.

III. Si Christus *abolebit Diabolo*, quanta φθορά & illorum mancipia manebit? 2. Petr. II. 1. & seqq. Profectò, Judæ, quòd à Diabolo fuit actus, satiùs fuisset, lucem hanc nunquam vidisse. Matth. XXVI. 24.

Ufus

Ufus Parænetici.

I.

SI *tum finis*, utere mundo, non abutere, haud enim manet
Ebr. XIII. 14. sed perit 1. Joh. II. 16. 17. ejusque *χῆμα* transit,
1. Cor. VII. 31.

II. Christus *Patri tradet regnum*, eò & tu contende, ut
consors filiusq; regni evadas. Matth. VI. 10. 33. Col. I. 13. 2. Pet. I. 11.
&, ut coram ipso *stes*, vigila, Luc. XXI. 36.

III. Diaboli sunt *potestates ac virtutes*, proinde Dei indue
Πανοπλίαν Eph. VI. 13. Deus Diabolos nihilominus *abolebit*,
ne itaque unà absorbearis, cave Matth. X. 28. ac convertere
à potestate diaboli ad Deum Act. XXVI. 18. præsertim, si totus
ambulâsti juxta principem seculi Eph. II. 2. resipiscenciam maturato
ex ipsius laqueis. 2. Tim. II. 26.

Ufus *ᾠθημυθησι*.

I.


CRucis mora molesta satis est nimisque longa sæpiùs videtur
Pſ. XIII. 2. 3. XC. 15. At *deinde finis* erit militiæ Jcs. XL. 2.
tentationis 1. Cor. X. 13. miseriæ Pſ. LVII. 3. lachrymarum mortis-
que Aroc. XXI. 4.


II. Regnum Christi multis passim angustiis temporum ho-
stiumque urgetur Pſ. CX. 2. sed *tradet id Patri* 2. Cor. IV. 14,
Col. I. 22. ubi *stabimus* contra omnes Momos læti Sap. V. 1.
gratiasq; acturi sempiternas τῷ δυναμῶφι φυλάξαι ἡμᾶς ἀπὸ πάντων
ἐπιση κατενώπιον τῆς δόξης αὐτῆ ἀμάρτιαις ἐν ἀγαθῶσι Jud. 7. 24.


III. Diabolorum nec ἀρχὴ Jud. 7. 6. nec ἐξουσία Eph. II. 2.
nec δύναμις Luc. X. 19. 2. Petr. II. 11. prævalebit; Christus enim eas
abolebit, quem inde δοξολογία manebit solum: Ἐν τῷ ἐσχρατῷ ἀρε
ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία ᾧ Θεῷ ἡμῶν, καὶ ἡ
ἐξουσία ᾧ Χειρῶ αὐτῆ, ὅπ κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν
ἡμῶν ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον ᾧ Θεῷ ἡμῶν
ἡμέρας καὶ νυκτός.

F I N I S.

SOIT DEO GEOMIA







the scale towards document

iter vindicasse, vel ex iis, quæ nos adduximus, no forsan pari ratione etiam Innocentio XII. alire historica sunt, obrepere posse, dicere posset. uctas ex iisdem sententias, quæ jam ante quadra- asperere, ab Ecclesia Romana nondum esse damna- rum Virorum scripta Romæ quoque magni æsti- e Papebrochio in Resp. ad Art. XIV. n. 4. & 56. am Pontifices in Bullis suis, quibus Indulgentias atorum remissionem sese illis concedere dicant, o aliter judicare poterit, quam vel generali sensu uiberi, vel saltem culparum veniam eâ intelligen- n, peccatum dicere, admodum impropria sit locu- ficcii Doctores propemodum omnes uno ore cla- ummodo phrasin intelligendam esse. Bellarminus VII. scribit: *per Indulgentias non absolvimur nec sol- lius, i. e. nec lethalis nec venialis. - - Si quando in i legatur, concedi absolutionem à culpa & pœna: in- ropterea dici, quod indulgentia conjungitur ordinarie nfeffione, & facit, ut qui per Sacramentum pœni- à culpa, per indulgentiam absolvatur à pœna. Pari- ontifices se per indulgentias absolvere pœnitentes à re omnia peccata, vel dimidiam aut tertiam partem untur de peccatis, quoad pœnam, non quoad culpam, i remissa esse creditur. Ex adverso Morinus L. X. Indulgentiarum se non modo in pœnam pec- um extendere defendit, dum §. i. ita scribit: *Prope- ua, quæ de his pœnitentiarum remissionibus occurrunt, non modo pœnarum peccatis debitarum, sed etiam nmissionem polliceri, & quo antiquiora sunt illa testimo-* Nondum igitur inter ipsos Pontificios conve- constat, quid Indulgentiis consequantur, cum am parte communis Theologorum sententia, ex atis & verborum sensus allegetur. O terque os Evangelicos, qui verbo divino unice ac im- omnimoda culparum atque pœnarum remissio- im abrumpendum est hoc filum, quod equi- utationis & temporis ratio pateretur, ulterius: ophonem itaque eidem imponimus elegantissi- mis.*